



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto maiolo abbate. Cap[itulum]. cliij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

Quorum corpora in eodem tumultu iuxta eandem ciuitatem sepulta sunt. v. idus maij.

De sancto Damerto episcopo et confessore. Cap. cliv.



### Amertus eps vien

nesi. miraculis et sanctitate apud eandem urbem celebris habet. Qui ob imminentem terremotum et pestilantiam cladem atque luporum rabiem solennes ritibus diebus ante ascensionem domini Ieremias instituit: ut haberetur super praedictam de Ieremias. Qui etiam apud praefatam ciuitatem quiescit in domino. v. idus maij: ubi et sepultus viris turbibus claret.

De sancto maiolo abbate. Cap. cliv.

### Maiolus abbas nobili

bus parentibus progentus: et sacris litteris imbuit: ac virginitatis flore decoratus: primo archidiaconus ecclesie maticensis. fuit. Deinde factus est monachus cluniacensis. sub hermoarido abbate sancti odonis successore sanctae vite mirabiliter pollens: summaque patientia decoratus. Qui propter grauem infirmitatem quam incurrit lumen oculorum amisit: nec tamen exinde in aliquo modo perturbatus fuit. Sexto autem anno monachationis ipsius decedente abbate monasterii maticensis ad eiusdem loci regimē licet inuitus eligatur: non obstante quod lumine forer oculoque priuatus et corpore quasi viribus prope longa egritudine destitutus. In ipsa autem abbatia sanctissime iubar vite fuit: et multa miracula ostendit. Ecclesiis: surdis auditum: claudis gressum. Aliisque diuersorum generum languoribus detentis conferens medicinam. Plures etiam a moribus serpentum venenatos: et a periculis fluminum et lacibus fulgurum liberauit. Landlei seu lampades in eius ecclesia ardentibus ex negligentia vel aliter extinctae sepius sine humano studio sunt diuinitus reaccense. Quadam nocte domini in monasterio sancti dionysii librum eius de principatu celi perlegeret ad lumen candelae graui somno pressus dormitauit: et candela de manu eius super librum cecidit. Sed sola ipsius cera consumpta: libri pagina oīno illesa permansit. Soluit autem carnis debilitum. v. idus maij. Et reconditus est in monasterio suo miraculis clarens.

De sancto Antimo presbytero et martyre. Cap. cliv.



### Antimus psbyter et mar

tyr: romēcia salaria passus est. qui post virtutum et praedicationis insignia in tyrberim precipitatus et ab angelo sancto ereptus est: ac proprio restitutus oratorio. Deinde in confessione nominis Iesu Christi capite punitus victor migravit ad celos quinto idus

mai. Decado.

De sanctis nereus et archileo martyribus. Cap. clv.



### Nereus et archileus

martyres fuerunt serui plautilla uxoris clementis consulis germani domitiani imperatoris et sancti clementis pape. Que plautilla existens vidua eos pueros coparauit: et cunuchos fecit. Cum autem ad praedicationem beati petri apostoli plautilla conuersa esset fecit se ab eodem cum praefatis pueris baptizari. Et ad extrema deueniens eosdem iuuenes cubicularios si autem domitille filie suae dimisit. Cum autem domitianus fratrem domitillae aureliano comiti in collegio tradidisset: ut superius in eius passione actum est nosse. martiri. Nereus et archileus eidem virgini christi annunciantes eandem conuerterunt: et votum virginitatis emittere suaserunt. Que a sancto clemente papa baptizata et sacro fuit velamine consecrata. Quod cum aurelianus cognouisset: obrepta ab imperatore licentia sponsam suam cum cunuchis in pontianam insulam relegauit: quo plures christiani pro christi nomine fuerant exilio deportati. Erantque ibi malefici duo discipuli symonis magi furius et priscus: qui magicis artibus populum fallendo symonem magum pro deo fecerant adorari. Quibus beati nereus et archileus resistentes eorum maleficia sermonibus et miraculis detegebant: et sic populum ab errore reuocabant. Post multum vero tempus aurelianus ad insulam perrexit: et sanctos promissis et oblatibus muneribusque virginem ad nuptias suaderent exorauit. Quod ipsi omnino facere respuentes eam magis in domino confortabant. Quapropter ad urbem adducti et ad sacrificia compulsi sunt. Et cum dicerent se a beato petro apostolo baptizatos nulla ratione posse idolis immolari: capite censi sunt. Quorum corpora via ardeatina iuxta corpus sanctae petronille virginis sepulta sunt. iij. idus maij.

De sancto Pancratio martyre. Cap. clvi.



### Pancratius

martyr nobilissimus parentibus ortus apud phrygiarum cuius pater Geronius dicitur est utroque parente orbari sub dionysii cura patrii sui restitutus est. Ambo igitur romam ubi largum habebant patrimonium perreperunt. Et dum in eorum possessionibus in monte celso morarentur: in eorum vico papa cornelius cum quibusdam fidelibus propter persecutionem latitabat: a quo pontifice fidem christi et baptismum susce-